

ar, qui contemnit corpus , nec mortem timebit, nec voluptates amabit, minus iplarum instrumenta , diuitias. Scit impedimentum veritatis corpus esse ; illo se pro viribus defuet, quod scit malorum cauam. Bella, rapina, proper diuicias sunt ; diuitiae proper corpus : quare, contempto corpore, diuitias contemnet ; contemptis diuitiis, innocens erit ; cum innocentia pacatus, liber sui, cum libertate contemplator diuinorum; cum contemplatione diuinorum contentus Deo. Diuinus Paulinus ait:

*Nihil de mundi sumere censu.*

*Mens opulenta Deo voluit.*



LIBER



## LIBER QVARTVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

### PROÆRESIS I.

*Circa affectuum usum.*

V N C ad singularia venimus, *Cap. I.*  
singulos instituti voluntatis  
impetus, in rem publicam dige-  
rendos, ne turbam confundamus,  
vt correcto affectuum vulgo, sua  
restituatur monachia, sius principatus gaudijs,  
dominatio pacis, imo & sius honos voluntatis,  
sius decor naturæ. Iniquus Zeno visus fuit, at-  
que, si Hieronymo credimus, Pythagoras, quod,  
ut infamaret affectus, malos dixerit. Commen-  
dauere, siue Pyrrho, siue Stilpo, vacuitatem  
suum. Condemnauere, qui de Lyceo sunt, excel-  
sum. Cum errore omnes, nisi idem velint, ferre ut  
Augustinus tentauit. Exenim superelix naturæ  
mala non est, nec supereructa. Arma, & membra  
animi cur sucedimus? Mutillus animus sine af-  
fectu.

T 3 febru.

fectu, quibus pedibus festinaret ad virtutem, nisi votis? qua manu apprehenderet, nisi spe quibus brachii amplexaretur, nisi latitia? Ceterum & Peripitetici peccauerunt, dum exundantiam damnarunt. Non mala affectus magnitudo est; sed causa: non tam concitatio, quam error. Viator non est dirigendus, quod properet, si viam tenet; sed, si abiuratur, licet placidus eat. Cupiditas, & amor, licet concitatissimi, si virtutis, & Dei sint, recta eunt, optimi sunt: si terram versus flecantur, licet lenti sint, depravantur. Summum vitium Porticus infamavit metum. Vtique, si ad terram demiseris: at, si ad celum reducas, magna virtus erit, summa securitas, summa fortitudo; nihil timet, qui Deum timet. Tam parui, quam magni affectus boni sunt, si eos gubernet virtus, & in via recta statuat; quamvis cum degeneres sunt, pro rerum omnium ritu vehementiores, sicut nocentiores. Purus, & defacetus fangus, vecabulum anime, & causa sanitatis est; corruptus & faculentus, aggratationis; si exuder, feititiantoris mortis. Sunt & affectus fulcimenta virtutum: languet fortitudo sine ira; prudentia sine metu: in modo sicut virtutes, si cum modo. Da modum cupiditati, iustitia est: da voluptati, temperantia est. Circa ipsos, & in ipsis conflitit virtus, cuius materiam, & subjectum sunt. Mere virtus, fruges exortent bona cum libertate naturae. Malo non sunt, nisi incuria nostra. Coloni ignavia plantent in horto sylvestrunt: neque fundus pessimus est, quod

quod incultus tribulos tulerit; culpam agriculte imputa. Inculi cordis repres, virtus sunt: culti ro-  
la, virtutes affectuum caulis emisit. Merito Quamobrem  
Theages dixit. *αλιώ τοι περιπτεινόντων πάθηναν* <sup>opus est affectus</sup>  
*τοι παρεμπαινεῖσθαι τοι φύσειν* <sup>stia inservi virtut-</sup>  
*τοι τοι αρπέται, οὐτε τοι τοι, καὶ τοι γραπταί* <sup>et, ut umbra, et</sup>  
*τοι τοι καρποί, τοι τοι μαρτυρούσχον, καὶ τοι απαλόν, καὶ τοι* <sup>Quamobrem</sup>  
*μερικούσθον τοι διδύνεται σωτήριον τοι χρηστόντα τοι Χριστόντα* <sup>opus est affectus</sup>  
*μάτιον, μάτια γίνεται διδύνεται. Εμφύλιον δέ εἰ τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>stia inservi virtut-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>maxime prof-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>fanum cum boni-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>ficis. Sic eti-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>affectu anima-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>leam. secundum anima-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>bariorum, καὶ τοι εγκρατοῦσι, καὶ τοι θερποῦσι, καὶ τοι λύγουσι, τοι πάθηναν πα-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>habitu-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>enam ad vir-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>timam dicens</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>quidam impetu-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>regimur, uti</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>continetur viden-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>re. Secundum virtus</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>ex affectibus O-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>natus, ex natu-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>re rursus cum</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>opibus constat, et</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>quid suauiter</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>concupiscentiam est,</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>ex acuti, ex</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>gravi, quod re-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>det temperat, ex calido, ex</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>frigido, con-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>fussum est. Qua-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>proper affectus</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>ex anima vol-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>lendi non solum,</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>quid sensu fe-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>ret, sed cum de-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>corsi, ex mode-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>ratione conci-</sup>  
*τοι πάθηναν παρεμπαινεῖσθαι, καὶ εὐθεσταστέοντας τοι τοι* <sup>lians.</sup>

Circa 21  
Priusquam videamus, qua arte singuli gubernentur, præmonstrandum est ingenium vniuersitatem.

sum cordis, praecipiorumque affectuum dissipanda compago, & veluti replumbandum artificium: mox utrūque stationi restituemus. Enumerabimus illos dilucidius, quā Stoici; plenius, quā Peripatetici. Recensuit Aristoteles, quotquot sufficiunt politico; nos Christiano. Nequit horologium reparare ignarus artificij: ita compositur voluntatem suam, praeosē machinam, & compagin oportet. Itaque omnis animi motus, aut in bonum est, aut in malum. Censeo bonum, mali priuationem: censeo & malum, boni carentiam. Boni impetus recti in bonum semper procedit. Mali motus duplex est, interdum recedit, interdum accedit; hoc est, fugit in alium, aut fugat, aut se recipit, aut profundit, & aggreditur. Ceterū, bonum, & malum, sive coram scriptis nos, sive absens propositum, aut reuocat, aut vocat: scilicet, aut pretens, aut futurum, aut præteritum, aut possibile est. Ubique voluntas quietem querens inquietat bonum: vnde illam malum inquietat. Isthinc distribuuntur affectus pro boni, maleisque obtentione, aut cautione. Amor recto, & simplici obtutu in bonum ruit: cum istud praefens videt, transformatur in lætitiam; cum futurum putat, faciliat in spem; cum præteritum, aut possibile est, in deiderium diffunditur. Atqui & motio circa malum ita distribuitur: quā simpliciter vultu iniquo respectat malum, offendit dicitur; radicata adolecit in odium; cum à presenti damno subducitur, in tristitiam abit:

circa

circa præteritum penitentia dicitur; circa furum contrahitum in metum. Hec catervis ad cautionem est, & ad fugam. Sunt alij militares, & ad pugnam, qui aduersus malum insurgunt, aggredunturque: ira armatur, cum malum praefens est; fiducia, & audacia adormentur in futurum.

Satis ista numerasse: quotquot sunt alij, horum *Cap. 3.* sequentur moderationem: illis correctis, ceteri emendabuntur. Sed & æquilitatem animi, tranquillitatem cordis, mansuetudinem, securitatem perperam Stoicorum aliqui inter affectus ponunt. Non affectus sunt; sed affectuum modestissimorum, ordinatarumque effectus. Porro in vniuersum affectus pro impietu nomen merentur. Vario Oceanus fluctu concitatur: nunc tenuis aura tentat: nunc vehementior agitat flatus: nunc sieva iactat vndas procella, furenti verberat Noro, que naucleros arte, nauim malo, nantas salute multat; huc, illucque ratem quatients, tandem euerit. Tripli hoc modo mutatur animus, leniter, durius, funditus. Motus illos, qui mitescunt, & velut infantes sunt, affectiones dicimus: dum adolescent, roboranturque, passiones: dum ingruunt, evertuntque rationem, perturbationes vocantur. Sunt aliqui domesticores, & veluti municipales voluntati, sua frequentia noti, familiares, vicini, & ad manum; hi iam confuetudinis usurpat agnomen: omnes nesi sibi & conserti sunt, alij ex aliis erumpunt, mutuo subnascuntur; vicissim sibi patres, vicis-

T 1 sim

sui filij sunt; interdum & hominidæ mutui, nonnulli perimunt alios. Fluctus superuenienti fluctu interdum frangitur, interdum reficitur: ita affectus superuenienti affectu, aut languet, ut letitia merore; aut gliscit, ut amor votis, defiderium amore. Ita est squaliter pacis, haec familia voluntatis, hic dominatus cordis.

Cap. 4.

Dicit omnes choragus amor, & velut Apollo Musis praesidet, quo suspenduntur alii, qui ad obsequium animi sunt, cui proficiant, pro quo cauant. Iniqua tamen tractatione eueritut compositus ordo, dissoluitur compago, faceritque in tumultu monarchia, in vulnus respublica. Amor, Rex affectuum, è solo cordis iubet, parent exteri, seruunt, pro ipsis nutu aguntur; ipse gubernat reliquos: si amatum deest, vota; si periclitatur, moctores; si adeat, gaudia. Ipse leges sancit, & promulgat bonum sequendum; accinguntur exteri ad operas suis functioni munii. Adornat se cupiditas ad vestigationem, portigendo, & diffundendo voluntatem in abiens, in futurum. Spes sumptum facit suo beneficio moram sustentatura expeditionis. Lætitia munetaria est, & pro iure suo celebrat aduentum boni, incundis excipit ludis, hospitatur augulto, cum consequimur.

Cap. 5.

His directis affectibus proximo ius dicit amor oraculo, & velut sua voce imperat, quoniam recta in bonum tendunt, nulli suas vices delegant: tanti bonum facit, ut eius curam fidat de nullo. Atqui sunt alii morus obliqui, quorquot malum

refre-

respectant, ut æmulum eius boni, quod publicauit amor: qui licet & amori pareant, sive que legibus teneantur, (nullius mali fuga, aut pugna est, cuius non sit causa bonum,) proxime illis non assilit, sed prefectum substituit odium, quod immediate moderetur illos. Ipse à malo quam procul recedit, nec sui aspectus copiam præberet dignatur. Intercedente Proconsule odio aduersus illud praliarur, & caner. Odium legatus amoris, contra mala feralem prouinciam fulciriens, lugubres affectus dicit, incitat militares, ut Regi amori tutum bonum suum seruent, aut fuga, aut pugna. Ad hanc strenuus miles ira deuinatur, cum cominus decertandum est:

*Quam strage multa bellicosus spiritus  
Portent a cordis sequentis vicerit.*

Audacia ad futura pralia parat commeatum. Ex iis, qui prouident sine confitu, tristitia in malum vicinum, in remotum timor est.

Atqui horum etiam affectuum Monatcha, Cap. 6. amor est, supremusque tandem Antistes: omnes post se raptat, & concitat. Prima horologij rota, qua pondus suspenditur, motat ceteras. Extrema mundi sphera inferiores corripit, ut vulgaris Philosophia est. Magnes, qua parte tetigit acum, eō vertit: ita affectus vertuntur, quatenus infereti amore. Nec interest, contrarios morus esse odij, iræ, merorū, formidinis: malum isti respiciunt, bonum amor: istam enim contrarietatem etiam amor efficit. Nemo aliquid oderit, nisi quod aliud amet. Dux horologij rota contrariis

trapis voluntur moribus ; & tamen dum gyrat vna, alteram rotat in oppositum. Contra quodque mundo semita sydera ferunt vadere, eodem licet raptata orbe. Istud igitur molimen voluntatis est: tot instrumentis apparatur, tot praesidiis instruitur gaudij, pacisque officina, ne inopia ministerij eximium tranquillitatis opificium peccet, aut vacet. Verum oportet connexa omnia & ordinata haberi, ne quod ad solatium est, ad torturam sit. Inutilia horologia sine diffusa.

Cap. 7.

Atqui ordinabuntur omnes affectus, si illum, qui ceteros pro impetu suo versat, & dirigit, dixeris, amorem dico, quem in primis curandum est stabilire bali suis digna auspiciis, immunitatem fortunae adepta, immota. Hec Deus, virtusque est. Semel autem electo amoris clemente, fignitus inibi est, ut firmiter inde verset alias affectiones. Magni interest, sit amoris optio, an casus : namque tuto illo, & seculo fluctibus fortunae, ceteri incolunes sunt ; appendices, scilicet, immunitatis eius. Si flecantur nonnulli, sua iam charitatis amissi sunt reformati. Vnum eorum ex amore conice, pro amore singulos gubernia. Elegitne amor tuus Deum, atque virtutem ? pro electione illa affectibus utere. Malè audis ? contumeli : te credi quis ? qui non plus valuit, qui plus voluit, qui minus debuit. Examina, cui iuxta propositum indulgendum affectui, quis tuo contentiat amori meatus, sive alacris ? anne iracundia ? ame tristitia ? Erras, si non errasti amando : si Deum diligis, tutum est bonum,

bonum, quod amas, nemo sustulit illud, nemo amouit. Ecquid malum in corpore isto fugis ? Ecquid impugnare vis in irascendo ? Aut non diligis virtutem, aut tristitia prohibenda est : iam liquide isti affectus amoti non quadrant. Disipice, & quare consentientem, quem tuus amor exigat. Credo, contrarius erit. Sunt iniuria diligentis Deum, non verba contumelia, sed doctrina ; sunt eruditioe vite, sunt praecepta virtutis. Doctorem probitatis amulum habes, pessimum habes : non interest, a quo ; sed quid monearis. Si patienter illas feras ab homine, illae te ferent ad Deum : si susferas, te efferent. Ipsa iam virtute frueris, quam dilexisti. Patientia virtus est, nec patientia est sine eo, quod patiaris. Igitur, bonum, quod amasti, praesens est : presentia sua letitiam tuam postulat. Itaque pro amore tuo letandum erit. Hunc festuum affectum à diligenti virtutem iniuria exigit, non alios iuridos & infelices : quemadmodum nec auarum affligit thesauri inuentio. Molestum & graue aliiquid sustines pro officio ? artige animum : perfice, cuius tunc affectionis vius opportunitus tuo erit amori, inde conice expromendum affectum. Anne timorem ? Fallaris, nullis fortunae minis tibi periclitabitur Deus, nulla violentia eriperis virtute, nisi velis. Anne spem ? Fortasse iam te in suam virtus admisit familiam : accepisti bonorum tesserae : iam conscripus alumnus es in matricula meliorum. Orphana, & imbecillis, in modo nulla virtus est sine patientia :

tientia: ista est proborum catalogus exaratus laboribus. Nemo est amantium latus, nisi cum amatio, nisi dilectus pignore sui suueat, aut muliebri arrideat vultu, aut aliquam sui praebeat spem. Pari cum virtute, & pro virtute, quodam arrha est diuina dilectionis, quidam fauor & inclinatio celi, quidam diuinus risus. Euge, macte fiducia, bene omnia sunt. Amulus diripuit tua: fui sustulit? Neque istud postulat teturum odij affectum: nemo tibi furatus est Deum: hic est, & vbique. Non spoliatus: exoneratus es. Multum tibi reliquum est, si non abla virtut. Ita est. Vnum bonum reperiisti, quod non concupiscunt latrones, non inuident, non infidantur. Gaude amasse bonum securum malis, cui vel pessimi innocentes sunt, inuidi benigni, omnes parciunt. Hoc paquo consecrarios amori deducamus affectus; serviant Dynastæ suo: consequentia enim votorum explanabit cor nostrum, ne quid asperum, & inaequale sit.

Iunat præterea hæc principis affectus institutio, & confirmatio, non tantum ad disciplinam cordis, sed letitiam: potentior est enim vis animi in amore congregata, aut in inuidia, odio & extorta, ad exprimendos affectus consequentes gaudij, & tristitiae, quam extrinseca tormentorum violentia: subeunt actius, penetrant in corpore sunt & domestici, & intimi magis affectus affectibus; id est extorquent efficacius animum, & ad se aduentant attentiorem insinuantius, scilicet, inharentes, quam forinseca organa lati-

tia,

tia, aut mortoris. Integer est magnus dolor inter omnia voluptatum instrumenta, triclinia, amphitheatra. Tonus est animus, & gaudens inter rotas, & equuleos, si illud inretina vis suffenter. Ita instituendus est omnis affectus ad bona, & hilaria, vt externum succum suo non desiderer alimento: totam annoram letitiae non longinqui, quam è se trahat.

At ista diligentia teneris, & velut pampinantesibus affectibus fortunatur affida putatione, solicita sacrifice:

Blandior ad falcam messor perducit aristas,

Syraxis sagena petere contineat.

Natura, & in infancia, & in pubertate, erudit germina sua; flecit, quod velit. Amane Ennadius ait:

Exprimit in spicam tellus iam facta papillas,  
Laetè maritatis turgida cespitillo.

Stringitur in prolem sparsus per gramina  
succus,

De gustu faciens progeniem solidam.

Vestitus gemmis, præstans brachia palmes;

De gremio ligni pampinas ecce viriet.

Iussa per augmentum nunc syluanam prodere  
vitis,

Frugibus ut crescat vulnera conciliat.

Enocat, inquirit gaudens infantia musidi.

Nuricem, cepidi quam dedit aura poli.

Ludit per faciem camporum rustica paber,

Respicens duri dulce laboris onus.

Tame adultis iam, & tumida petflanibus bucca

alligata

affectibus , naufragium rationis ; nec illos compescet , nec te : nam nec nauclerus iracundus Boreas flatus continere , nec ratem feruare potest . Interest tamen istud discrimen : adulanti & tenui nauplius aura nequit religare ventos validiores , ut deinceps non exasperentur : nequit pacato & quore compedibus vincere flatus , ne nauim expugnet : nequit typhones vorticosis in sua claustra constringere : nequit mitigare fluctus sauvitores adhuc in saxa . Nobis licet ferento & facili caelo ingruentes nimbos propellere ; in ipsa tranquillitate dissipare procellam , illudere ecnebias , praeterem , exhydrias ; cupiditates dico , monstra natura . Felicissimam naucleri artem putares , qui sua manu ventos contineret , & pro arbitrio fluctus . Aeolo , & Neptuno nauplii tutio & placide nauigares arbitrio tuo . Sunt pessimi cordis flatus . Si recentem , blandumque , & in natali suo opprimas spiritum ; si primum cupiditatis sumum dissipes : Aeolus tibi es affectionum ; explanare potes fortune tue vndas , & immunitatem obirende naufragij . Non submergetur ratio , submersa passione .

Cap. 10.

Magnoperè ita iuuabit eruditio tenerescientium affectuum : nam roboratos nec audebitur opprimere , aut vix poterimus , & forre aliquando extinguire prius , quam extinguentur . Barcino , nobilissima Hispania ciuitas , huius exemplum vidit . In hac vrbe quidam leo manufactus magistrum sequebatur : contemptis adolescentibus obuiis seram , manique clunem semel verberauit :

berauit : illa tunc sui memor , iniuria , superboque ingenio renocata ad naturam , in perculorem subito regressa , vindictam gestu parabat : festina magister voce cohibuit , iubens fistere : adeo tam feruerat bilis , adeoque imperium compellete voluit , ut prohibita explere , examinata subito interitu fuerit . Tantopere oppressi adhuc , & in ipsis ferae affectus ferocius : nec minus destituti . Vallisfoleti quoque istud accidit . Quidam calumniatorem cœlatus correchtum gladium exterecepit e vagina : occurrerunt cohibituri facinus , & prohibituere , ne penitus exeretur : at ille impetu fructus expiravit . Iudicio omnium Medicorum , si non contineretur , viseret . Locustam quoque pauc perimit , polypo viso . Tantum in animalibus valent affectus , vbi minus valentes non occiderint , tortuebunt . Pugnauit Apollonium Babylonicus tyrannus , quo supplicio eunuchus traducendus foret , quem cum pellice sua deprehenderat . Quid , ille respondit , mihi , vt viuat ? Addidit admirant Regi : Omne supplicium , si viuet , ob amorem patietur . Cain , cuius iniuria prima mortis obiterix fuit , grauioi supplicio dignus , quam intulerat damnum , vita donatus est , tremore panido damnatus . Acerbioram penam morte , vehementem passionem patitur : forfite inde patiendi nomen meritata fuit .

Porrò ita ciomandorum , erudiendorumque Cap. 11. affectuum solertia maximum in luridis , macriss , fugitiuis erit opere pretium , non tantum tranquillitatit vita , sed vita , & valetudini . Nobiliores

V sunt .

sunt, magisque consentanei naturæ, qui boni frontem latam intuentur, sequuntur, quam qui retrahuntur, & aufugunt. Salutares illi & animo & corpori. Amor, spes, gaudium exhilarant menteam, recreant corpus, sanguinem purificant, dilatant praecordia, sunt bales sanitatis. Peritissimi Medicorum inter pharmaca letitiam iubent. Plures leuauit morbo accidens iucunditas: odia verò, timores, iræ, tristitia, stringunt cor, noxijs ipsi corpori, venena intestina. Nuperim in hac aula Philippica hominem subita tristitia vidi, mus repente extinctum, nuntiata filia morte. Expertus plurimorum valetudinem afflictam, vitam interceptam angeribus, penititudinibus, mororibus. Ita infelices affectus cum magis occupent humanos sensus, insalubriori fungimur valetudine, quam bruta. Vberrat enim nobis morandi memoria dannorum facit: præfigium futurorum, præter animi dominium maius: lacrymarum, risusque vim affectuum vehementia, & anime in corpus potestas ab ipso extundit. Itaque optimus virtutis habitus mororibus exercitus, corporis sanitatem fulcit. Doctus experientia Porphyrius ita monet: Conseruat maximè **m** sanitatem imperturbatus animi status, cogitationisque dispositio ad ipsum, quod vere est, exposita: multum enim vigoris ad corpus inde redundat. Quemadmodum experientia nostri familiariter comprobauerunt, adeo ut dolores iumentarum, pedum simul, manuumque acerimos, annosque integros oculo **v**ectari ab alio compellentes:

lentes simul expulerint cum pecuniarum, remique iniuria extetnarum, studiorumque ad Divinitatem prouersus inacto: simul igitur pecunias, atque curas, morbumque corporis expulerint. Ex quo apparet, plurimum, in toto ad sanitatem conferre, certum quendam animi habitum, atque statum. Consentit Cornelius Celsus: Valeudo, inquit, bona contingit ob bonos mores. Medici, Zamolxis, & Zoroastre sequaces, omnia dicebant corpori bona, & mala ab anima fluere in corpus, velut oculorum qualitas a cerebro; cerebri qualitas à toto corpore: atque, ut impossibile est oculos curati, nisi curetur cerebrum; & cerebrum curati, nisi rotum corpus: ita totum corpus, nisi anima bene valeat, non posse bene valere: animam autem curati ratione recta. Philosophicis secundibus Thraeces Medici dicitur curasse aliquos. Plato quoque dixit, non ex corpore bono bonum animum; sed ex anima bono bonum corpus reddi. Plurimum in corpus animus pollet. Scribit Auicenna, siue quendam paralysi oblaedentem corpus pro arbitrio, tuncunque se seruasse noxiis animalibus, ibi, cum volebat, innocentibus. Restitutus quidam nomine, pro libito se furabatur artibus, ut nec vulnera, nec adustiones sentiret: stupendo nature priuilegio potuit sine virtute fugere voluntate damna. Imbellia morbo corpora impetus animi fortificat: agrotantes phrenes roboret, qui, cum suis nequeant subfistere pedibus, multis valentibus manibus resistunt. Quare oportet

roborate animum , & affectibus exornare mitibus , vt inde coquuntur sua in corpus commoda , inde vires , inde blandimenta salutaria . Plures saepe corporis cruciatus incunditas animi fellit . Multis acer Dei amor extinxit Martyribus doloris fices . Satis itaque corpori prouides , si animo .

Cap. 12.

Nec tantum priuatum bonum est , institutio affectionum ; sed publicum . Fons plurium malorum virus est incuriosus affectus : deriuat latrociniis , homicidis , pröditiones , bella , vrbiom subversiones . Vnicus cordis impetus in plurima mala effunditur . Paridis cupido fluit vique ad incendium Ilij . Inuidia Cæsaris , & Pompej deuoluit trecenta millia humanorum capitum . Vnam cupiditatem gloria Macedonica expauit orbis , & ingenuit . Non pestilentiae non procellae , non fulmina , non terramoto ita male de humanis merentur , vt vota humana . It hinc iam , & quantum adferant adiumenta , cogita , cum curati sunt affectus , si quidem tantæ sint pestes , in culti .

Cap. 13.

Adiciam ad infamiam perturbationum prodentium se , quod non solum discordantes , sed etiam concordes sibi obstant . Mirum est amoris consensus creat odia : eadem cupidine gloria , qua conteneris , contemnis contemptorem : eodem vicio offendis , & offensus doles . Perentium amore rerum erecta tibi sunt , quæ in pretio habebas : sed genis , non alio languens morbo , quam pessimo amore rerum . Diuortium au-

morum

morum facit consensu viriorum : ynius avaritia alterius avaritiam odit : superbia superbiæ offendit : in alieno exemplo le ipsa dominant vitia . At , si displices factum alienum , displices apparatus . Incuriosus affectuum , omnium est malorum proficenium . Omnis hic instruitur vita tragedia . Cot futurum aulam Dei , caulam ferarum facimus . Quid ferocius cupiditate , si felici li-

centiam sui , aut fumat , aut des ?

Ceterum , correctionem affectuum vis moliet consuetudinis , quam iterum commendare libet : huie decedit ingenium . Magnum istud beneficium naturæ velle deponi . Effrenis indoles te impellit : obstinata tibi non pareret licet commutare ; mitiorem , & ad gustum querere . Proxeneta naturarum , consuetudo est . Famuli , cum non parent dominis , & familia mittuntur , substituuntur alij & ingenuum contumax rei- ci potest ; mite , & patens suffici . In quo peccauit natura , emendabit mos : quod illa negavit , hic largitur . Finge tibi fortasse cum Cebete aliquo , ad huius vite ianuam confluentes animas ; tuam tamen isto singulare priuilegio honoratam , vt indolis optionem faceret ; credo iam minus calumniaretis vita molestias : nam & cum consilio tuo intraces , & te ad gustum adornares . Beneficentius tecum actum est . Quidquid votis commentari licet , antenertit munere , excellit que suprema illa Mens , bonorum matrix . Legere pro gusto naturam potes consuetudinis beneficio , adeo similis nature , vt tempore solum dig-

noscatur. Secunda natura, consuetudo est; aut natura, consuetudo prima: illa artificialis natura; aut ista consuetudo naturalis. Ita nos creas, aut fingit indolem, ut aspectus sefellerit plures, usque ad infiamam naturam, improbitatem putantes consuetudine contractam. Substantiationem inquit Philippus solitarius, & naturam. Vetus, ne fallamer, altem miremur,

*Naturam cessisse viro.*

vt Paulinus ait. Iuxta Philippum Pisides in meliore partem cavit, & diuinius:

*Omnis que nos suscep- Kai πάτερ ἡμῶν οὐρανού σέποι,  
tiare tu velis. Kai τερπότον τῷ Θεῷ καβ' ἑλέπα.  
& filios gi-  
gante Deo  
quoniam die.*

*m* Certe in hoc munere, vt sequar vim & licentiam Græcam, sic dixerim, substantiandi, & effentiandi, nos filificando in meliores, interque familiam Dei, non excludit Pisides consuetudinem; sed honorat cum confortio gratia. Quotidie dixit. Itaque non solum electionem naturae adeptus es; sed veluti effectus tui effectus, & architectus, & faber tui fabricatus. Partem sui munieris partitus est summus ille rerum Artifex: dedit, quod potuit. Non poterat fieri, quod te efficeret; dedit, quod reficeret: non solum ingenium, quando velis, habere; sed facere. Si natura non pro voto data; datur supra votum ars naturæ. Istud præstantius est: nam quod optio tui in primo vite aditu detinatur, aut post ingressum, nihil nisi tempus referit: vt rōtuī modo tuo arbitrio veniret singi. Nec clementum gratiae adiecisset dies: moram potius istam gratorem

putes.

putes. Nam si, cum crudis, & nondum vitam expertus, optione ista veteris, fortuitè, sine confilio delectum faceres; mox cum penitentia, nunquam cum remedio; in omni semper lueres vita erosorem, quem semel feciles ante ipsam: irreparabile peccatum esset electionis inconsultez: nunc benignius actum, post experientiam posse ad libitum singi, refungi. Prudentior nunc delectus erit, ubi te probasti. Sagacius consilium est post periculum: & honorificentius, & benevolentius est, quoties volueris, te mutare: quam semel te accipere, ut voluisti. Maior potestas est eligendi indolem sepè, quam semel. Dispicuit Socrati indoles lascivias, commutavat pro modesta, temperata. Rogemus Zopyram, rogemus Alcibiadem. Ardens quoque ingenuum, & præruptum Sanctus Ignatius in misericordia transfudit, humile, placidum, & conuenienter lentum; iudicio ipso Medicorum variata natura: consultissimam electionem fecit: maluimus indolem Christi imitem, & humiliem.

Quid, quæso, humanae vitae magis repugnans, Cap. 15. quam virus? Usque ad hoc ausa consuetudo reparare vitam æmula suo, veneno, quo diruitur. Instrumentum mortis fecit adiumentum vitae: pestis humana Mithridati ganea fuit. Non venenis, sed antidosis affuecamus. Virulentos cordis impetus comitemus pro salubribus, mitibus, sequentibus bonum. Familiares mores bonos faciamus, ut ad iussa presto situr. Ne vitium naturæ solum culpemus; sed nostroru[m] pessimoru[m] mo-

rum in peius collabentium, ipso se lapsu firmatum in præcep. Si vnius naturæ corruptionem ita nos corrupisse accusamus, quid facient tot corruptissime naturæ senio iam peccandi contracte? tot, scilicet, quot mores, quo improbas voluntates habemus? Tot corruptas naturas patimur, quot libidines; non alieno perditas feciente, sed proprio; tot fomites peccandi. Non omnem calumniam ferat originis peccatum, sed consilij, & voti nostri. Opponamus potius vni naturæ, natali culpa infectæ, aliam sanctitatem, iustitiamque confessam, consuetudinem iustitiae, fomitem ad bonum. Extundendum est corde affectus pessimos, &

*Vigilandum in armis peitorum fideliuum,  
Omnemque nostri portionem corporis,  
Quæ capa fide seruat libidinis,  
Domini coadi liberandam viribus.*

Confuetudo ipsam seruitutem placidam facit, faciet libertatem. Amat sua falco vulnera, & repetit: recurrit ad afflues tenebras, & cui patens & liberum cœlum erat, & Sol, in sua pertica defec torpet, cæcus sidet. Affluescamus repugnare, affluescamus vincere, affluescamus felices esse: ipsam adhuc oblosumbit mos felicitatem animi, tranquillitatem cordis, concordiam affectuum.

\* \* \*

## PROÆRE

## PROÆRESIS II.

De ingenio amoris.

**N**unc seorsim despiciamus singulos. Regius Cap. 16. amor antecedat: antecedit quidem, vt auro inter metallæ, ignis inter elementa, Sol inter lumina. Prænoscendum non nihil est artificiosissime nature ante vsum premonstrandum. Subtilissima res amor est, ingentissimæ his, quæ inexperti non discunt, experti non dicunt, neutri satis sciunt. Sequar plures, qui aut inexperti, aut ignari, (plerisque opinor,) scriperunt nihilominus. Vlurpabo ex Platoniciis nouimula, Pro præmio adiiciam in collectam meum alesa. Concetramus omnes, quod nemo peruenit. Nemo suo taxauit pretio illud ingenium vitez, instrumentum commutandi naturas, proplasticen compaginandi corda, machinam committendi animos, artificium vnitatis, glutinum erbis, illecebram Dei; cui interim monstrabo vni quadrare, vnum decere. Ad diuinam dumtaxat formam amor fabricatus est pro mensura, vt minoris, immensi. Velut tessera tessera cohæret; ita amor tantummodo diuinis consentit: quicscit ibi, aliis inequalis rebus, id est, maior, solum Deo, & se minor.

Non inuidio corde, non illiberali dexta summis naturæ Pater rebus prouidit; nec contentus praesenti largitione effentia, appendit spem.